MISSALE CLAUSTRONEOBURGENSE

Klosterneuburg, um 1300/1460 Seite 275v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tes de. Surgens ergo daniel comedit. Porro angelus
dei restituit abacuc confestim in locum suum.
Venit ergo rex die septimo ut lugeret danielem,
et uenit ad lacum et introspexit. Et ecce daniel
sedens in medio leonum. Et exclamauit rex uo
ce magna dicens. Magnus es domine deus danielis. Et ex Deus
traxit eum de lacu. Illos autem qui perditionis eius
causa fuerant intromisit in lacum et deuorati
sunt in momento coram eo. Tunc rex ait.
Paueant habitantes in uniuersa terra deum danielis
quia ipse est liberator et saluator faciens signa et
mirabilia in celo et in terra qui liberauit dani
elem de lacu leonum. Secundum Johannem.
In illo tempore. Ambulabat ihesus in galileam.
Non enim uolebat in iudeam ambulare quia
querebant eum iudei interficere. Erat autem
in proximo dies festus iudeorum scenophegia.
Dixerunt ergo ad eum fratres eius. Transi hinc
et uade in iudeam ut et discipuli tui uideant o
pera tua que facis. Nemo quippe in occulto quid
facit et querit ipse in palam esse. Si hec facis, mani
festa te ipsum mundo. Neque enim fratres eius
credebant in eum. Dixit ergo eis ihesus. Tempus meum
non dum aduenit. Tempus autem uestrum semper